



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bavariae Sanctae Volvmen ...

Rader, Matthäus

Monachii, M.DC.XXIV.

S. VValdaricvs Sev Vdalricvs Ex Illvstri Bavaro Monachvs Clvniacensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79699)

S. VVALDARICVS

SEV VDALRICVS EX ILLVSTRI BAVARO

MONACHVS CLVNIACENSIS.



Obile fidus hoc Boiorum post annos demum quingentos & viginti radios famæ & nominis sui, absterfis calinubibus exerit, & tanquam illustris Phosphorus dux ignium caelestium agmen sanctorum secum ducit. Tabulis & annalibus Cluniacensibus hanc gratiam debemus, qui nobis memoriam VValdarici seu VValadarici seu Vldarici, variè enim scribitur, à posteritatis obliuione vindicant. Hi tradunt VValdaricum Reginoburgi, quæ hodie Ratispona est, regia quondam Boiorum, illustri genere natum, & cum Geraldo Ostiensi post antistite, Cluniacum (quod id temporis famâ virorum sanctorum & illustrium inclitum phrontisterium habebatur) profectum, sancto Hugoni præsidij cœnobij sapientissimo (cuius nomen in publicis Sanctorum fastis celebratur) sese in disciplinam tradidisse. Qui docilem VValdarici indolem ad omnem virtutis laudem informauit. Nam sanctum Doctorem ingenuus & tractabilis discipulus faciliè tanquam cera mollis sequitur, omnesque virtutis formas, quas in magistro admiratur, in se transfert. Intra breue tempus eos in religiosæ vitæ cultu progressus fecit, vti sacris maioribus initiatus, sodalibus Cluniacensibus ab Hugone medicus animorum & conscientiarum arbiter præficeretur, quarum tractandarum tantus erat artifex, vt rarò esset, qui, quantumuis æger ab animo accederet, non sanus & saluus ab eo discederet. Nec incani patres ad eum adire medicinæ experiundæ sunt recundati. Ad eò omnibus ætatibus opportuna morborum medicamenta præscribebat. Nec hominem sed vitia in hominè oderat, omnes officiosissimè cum maximis charitatis & amoris significationibus complexus. Vtinam liber quo mores ipsius & virtutes & multa mira admirandæque facta perscripta sunt, extaret, longiorem illius syllabum virtutum contexeremus: Nunc dictorum testes chartas Cluniacenses afferamus:

Igitur magna fuerunt huius magnæ Ecclesiæ opera; magni, magnæque virtutis etiam fuerunt discipuli, qui eiusdem viri sanctissimi (Hugonis Abbatis scilicet) lateribus continuè assistebant. De ipso namque legimus quod habebat secum

T 4

Ciro6

C10. 6.
X. July.
Ex Chronico Cluniac.
p. 1641.
Ann. VVion lib. 3.
V. l. id Quintil.

Ita lego. Nam ut apud
venerem scriptum est,
mendosum videtur:
suo etiam gregi a-
pud confessionis
preparavit aditum.

viros consummate sanctitatis, quibus vivere Christus erat & mori lucrum. Inter quos fuit sanctus Vvaldaricus illustri prosapia Bauariorum Ratissone civi-
tatis procreatus, velut lucifer inter cetera poli sidera, sic inter totius cognationis
sue relucebat nobile stemma. Hunc ergo divinis magnificum exercitijs sanctus
Hugo abbas ad sacerdotale promoueri fecit officium, sibi que constituit capella-
num & consiliarium. Et quia sciebat, eum virtute & sapientia totum esse com-
positum, suo etiam gregi ad illum confessionis preparavit aditum. Unde acce-
debant ad eum tam senes, quam iuvenes, diuersis passionibus laborantes, tanto
sincerius, quando securius conscientias suas illi aperientes. Ipse vero cum sum-
ma charitate omnes suscipiebat, & more sapientissimi medici congruis quoque pa-
nitentia remedijs curabat. Cetera vero eius virtutum merita & miracula
in libro gestorum suorum habentur. Celebratur autem eius sollemnitas apud nos
decima mensis Iulij.

VVernerus Rollevvinkus in Fasciculo Temporum ad annum
1104. in S. Hugone abbate Cluniacensi, VValdarici his verbis me-
minit: Hic Hugo inclitissimos habuit discipulos, inter quos VValdaricus mo-
nachos ad Alemanniam pro reformatione regularis vite directus miracula cla-
ruit. Hæc sub fol. 471. Biblioth. Cluniac.

Extinctum est hoc mundi & Boiariæ sidus sub annum Chri-
sti millesimum: latuit, ut dixi, sub noctis & obliuionis umbra an-
nos prope quingentos & viginti; refulsit hodie. Optandum foret
ut simul spiritus eius in nos, velut olim Eliæ in
Eliseum immigraret.

